161

per dnm nrm ihm xpm.

MAXIMO ENNODIUS.

Fidelius a sublimitate tua uocem suscipiunt, aut in-
ter rupta montium, aut secreta siluarum praebent
hominibus naturae institutione et muta responsum.
Redit ad mortales uicissitudo clamosae solitudinis.
Non perit quodlibet acceperint uel lustra bene
ficium, quare istud in magnitudine tua laudis est,
philosophiae genus est nihil dicere, et silentii tenere in
ter declamantium incerta cautionem. homo quem paene
infecundum natura protulit, nec infabricatum doctrina
dereliquit. sed credo me dedignaris affectu opicis nolens
pretiosa dare uerba iudicio quid quod signum est diuitis
eloquentiae uti nec indoctis sermonum copia subtrahe
re; mendicus fluminum cursus est, qui tantum nobilissi
morum satiare putatur ardorem. Ubertas imbrium
et nihil paritur asperitate perfundit. Liquidae rationis
ordo est, ut pauper statem resignet, qui damna formidat,
quicquid non procurrit facile est de uolucribus, tamen primu
nus singulare distantiae, quod coepit accipiter. Nam
progressi ad Bromium et baccior gia inter aues
bella commisimus. profuit quaestui nostro certa
men sociale pinnarum. memento quod solam parita
tem dirigamus, scientes quia numero deus impare
gaudet. Dona nostra institutio est. sume si diligis
pro dogmate quod iocamur, fac meam frugiferam
esse laetitiam. Si tibi per paucae diligentiam castitatis
in dixerit, laborabit in laudibus tuis lingua, quae
modo exercetur in monitis; Uale domine, et a
manti ut doctissime mereor sequestrata dissimula
tione responde ;

Bachi orgia

finit

12